



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Licentia del Ordinaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

nullo Doctore, aut ductore prævio velint obtrudere, de quibus dixisse videtur Hypocrates: *Præcepit, & labi facilis est nimia sui confidentia*: possumusque illis aptare, quod Comicus de novis sui ævi comædiis cum novis nostri temporis nummis compositis, quibus minus pondus, & incertus valor est, opportunè dicebat

*Nam nunc nova, quæ prodeunt comedia
multo nequiores sunt, quam nummi novi.*

Auctor quidem inter hos scopulos securè incedat: ex primens illud Quintiliani monitum, ut nova communiter; communia noviter dicantur: nam cum una ex parte vetera, & communia tangit (ut est in omnigenæ doctrinæ scientissimus, & in libris moralibus versatissimus.)

Vno se pectore cuncta vetustas

Condidit, & maior collectis viribus exit.

Majus siquidem pondus; lucidiorem claritatem, & majores, seu valentiores vires ab ipsius ingenio, & explicandi facilitate accipiunt, uti scribam doctum in Regno celorum monebat Vincentius Lyrinensis. O Sacerdos! O trator! O Doctor! si te divinum munus idoneum fecerit ingenio, exercitatione; doctrina, isto spiritualis tabernaculi Beſeleel, pretioſas divini dogmatis gemmas exſculpe, fideliter coapta, odorna ſapienter, aduice ſplendorem, gratiam, venuſtatem: intelligatur te exponente illuſtrius, quod ante obſcurius credebatur: Per te poſteritas intellectu gratuletur, quod antea vetuſtas non intellectu venerabatur. Sed enim cum alia ex parte, novum aliquid ingenium ejus parturit, & ex propria pharetra depromit, ſic ſe omnino gerit, ut eidem Vincentio adhæreat ibidem ſubſcienti: Eadem tamen, quæ didiciſti doce, ut cum dicas novè, non dicas nova: eam nimirum rationum firmitatem, & ſimilium ex aliis Doctorum placitis ratiocinationum ſoliditatem, ſuis opinionibus ingerens, ut velut altis radicibus innixæ ſubſiſtant: Jam verò ſi aliqui nonnulla ex his ſub luce maligna aliquando eſſe voluerint: pro Auctore ſtabit illud ſeptimæ Synodi. Fuit apud nos quoddam prælium ſine ferro, dum ſermones iaciunt, & iaciuntur, ſed triumphale habemus trophæum, veritatem, quæ non vincitur: Ergo in uſum, & fructum plurimorum, quam primum liber iſte publicè appareat. Sic enim Caſſiodori verbis cenſeo: Neque enim fieri poterat, ut quem tantus Auctor, ſimilis tanta produxerat, ſententia noſtra in eo corrigendum aliquid in veniret. Matriti in hoc Imperiali Societatis Jeſu Collegio, die decima Maii, anno 1669.

*Ioannes Antonius
Velazquez.*

Licentia del Ordinaria.

Nos el Doctor Don Francisco Forteza, Abad de San Vicente de la Sierra, Dignidad en la Santa Iglesia de Toledo, y Vicario de esta Villa de Madrid, y su Partido, &c. Por la presente, por lo que a Nos toca, damos licencia, para que se pueda imprimir, y vender un libro, intitulado: *Selectæ Quaestiones, ex præcipuis Theologia moralis Tractatibus, compuestas por el Padre Mattheo de Moya, de la Compannia de Iesus, attento à que de la censura del Padre Juan Antonio Velazquez, de la misma Compannia, à quien le remittimos, consta no contiene cosa contra nuestra Santa Fè, y buenas costumbres. En Madrid à treze de Mayo de mil y seiscientos y sesenta y nueve.*

Doct. D. Francisco Forteza.

Por su mandado

Juan Bautista Sanz Bravo.